77 ¶ Præterea patet id cubū ipſum habere cum tranſfertur: quod & uniuerſa cætera corpora habent. Quare ſi nihil a loco differat: cur corporibus facere locum oportet præter uniuſcuiuſq; molem: ſi moles ſit affectuum expers. Nihil enī confert: ſi tale circa ipſam aliud ſpacium ſit æquale.

¶ Hūc tex. cō. non inueni in tranſlatione hac: ſed poſui ipſum ex tranſlatione uulgata propter ordinem cōmenti ipſius auerrois.

78 ¶ Amplius oportet manifeſtum eſſe quale uacuum ſit in his quæ mouentur. Nunc autē nuſq̄ infra mundum. Aer enī aliquid eſt: non uidetur aūt. Neq; aqua: ſi eſſent piſces ferri. Tactu enī fit diſcretio illius quod tangitur.

79 ¶ Ex his igitur patet in ratione rerū uacuū ſeparatū non eſſe.

¶ Capitulum quintum in quo oſtendit non eſſe uacuum corporibus inditum.

SEd ſunt qui putant per rarū ac denſum patere uacuū eſſe. Nā ſi nō ſit rarum ac denſum: neq; fieri poteſt ut corpora coeant atq; præmātur. Quod ſi id nō ſit: aut motus oīno nō erit aut uniuerſum fluctuabit ut inq̄t Xuthus. Aut in aerē æqualē atq; aquā fieri mutationē ſemp̄ oportet. Hoc inquā pacto ut ſi ex aqua poculi unius oriať aer tanta ſimul aqua ex æquali aere genereť: aut neceſſe eſt uacuum eſſe. Alio nāq; modo fieri nequit ut corpora conſtringantur ac dilatenť.

80 ¶ Si igiť id inquiūt eſſe rarū quod habet multa uacua ſeparata: patet ſi uacuū ſeparatum eſſe non poſſit: ſicut neq; locus ſpaciū habēs neq; rarū in ratione rerum ſic eſſe.

81 ¶ Si uero nō ſeparabile. Sed tū in eſſe q̄d uacuū dicūt: minus q̄dē eſt hoc īpoſſibile. Accidit aūt primo q̄dē: nō oīs motus cauſam uacuū eſſe ſed eius dūtaxat: quo ſupera loca petunť. Rarū enī leue eſt. Quapropter & ignē rarū inquiūt eſſe. Deinde nō eſſe uacuū motus ſic cauſam: ut in ipſo quid moueať. Sed ut utres mouēt id ſurſum: quod adiunctū eſt ipſis: ex eo q̄a ſurſum ipſi ferunť: ſic & uacuū ſurſum mouere. At quonā pacto latio uacui poteſt uel locus eſſe. Vacui nāq; uacuū id erit ad quod fereť.

82 ¶ Præterea quā cauſam aſſignabūt qua graue deorſum fertur. Et inſup̄ patet ſi quāto rarius q̄ppiā magiſq; uacuū eſt: tāto cælerius ſurſum fereť: quod uacuū ſit oīno: ſurſum id uel cælerrime ferri. At forſitā & hoc moueri nō pōt ut enī demonſtratū eſt in uacuo cūcta immobilia: ſic eadem ratione uacuum etiam demonſtrabitur immobile eſſe. Cæleritates enim. Comparari non poſſunt.

83 ¶ At enī cū uacuū q̄dē nō eſſe dicamus: cætera aūt uere ſint dubitata: & hæc conſideremus oportet. Nā aut motus nō erit ſi raritas denſitaſue nō erit: aut mūdabit cælum: aut aqua ex aere: & aer ex aqua ſemp̄ orieť æqualis. Patet enī plus aeris ex aqua ſemp̄ oriri. Neceſſe eſt igiť ſi corp̄a nō præmanť atq; denſenť: aut id q̄d heret efficiat tādē expulſum: ut ultimū turgeat atq; tumeſcat. Aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat: ut tota moles æqualis ſit uniuerſi: aut nihil pœnitus moueať. Semp̄ enī cū aliq̄d moueť id accidet: niſi uerſetur. At nō uniuerſa uerſanť: ſed ſūt & ea quæ recto motu ciētur. Illi igitur ob hæc ipſa uacuum quid dicerent eſſe.

84 ¶ Nos autem ex hiſce quæ iam conceſſa ſunt dicimus materiam unam eſſe contrariorū caliditatis inquam atq; frigiditatis: & cæterarū naturaliū cōtrarietatū: & ex ente poten/